UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones disputationum de Jndulge[n]tiarum virtute F. Martini Lvther Avgvstiniani Vittenbergensis

Luther, Martin

[Wittenberg], 1518

VD16 L 5787

Con: LIII. Hostes Christi & Pap[a]e sunt/ qui p[ro]pter venias p[re]dicandas/ verbu[m] dei in aliis ecclesiis penitus silere iubent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-32315

Visual Library

corā deo, quō erit vera, illa glo'ioſa ſecuritatis promiſſio? Sin
confidit ſufficere, quomō timebit? Infelix ſit omnis ille ſermo
in eternū, qui ſecuritatē & fiduciā, ſuadet, in aut ꝑ rem quācūq;
pter nudā miſericordiā dei, que Chriſtus eſt, omēs ſancti non
ſolū timent, ſed etiā deſperātes dicūt, Non intres in iudicium
cū ſeruo tuo dn̄e, Et tu eos per literas, ſecuros introducis in iu-
diciū eius. Vnde ego illā fabulā, quā quidā in tam effrenes
mendacij gurgites finxerūt, non veritate penit⁹ vacuā credo,
ſez veniſſe quendā mortuū cū lr̄is veniaꝝ ad infernū, ꝑ caſq;
petijſſe libertatem, tunc occurriſſe demonē, qui legens: inter
manus (p̄ feruore ignis) cerā & papyrū conſūpſit, ſecūq; traxit
in profundū,

ℭ CON: LIII.

Hoſtes Chriſti & Pape ſunt/ qui ꝓpter venias p̄-
dicandas/ verbū dei in aliis eccleſiis penitus ſilere
iubent.

Quia officiū & mens Pape ē, vt ante om̄ia, ſemꝑ & vbiq;
velit verbum dei p̄dicari, ſicut ſibi p̄ceptū eſſe a Chr̄o nouit,
Quō ergo credendus eſt Chr̄o & ſibijpi repugnare? At noſtri
id audent ſicut & omnia.

ℭ CON: LIIII.

Iniuria fit verbo dei/ dū in eodē ſermone/ equale
vel lōgius tēpus impēditur veniis q̄ illi.

Satis patet ex dignitate Verbi dei, imo ex neceſſitate, cum
verbū veniaꝝ neq; ſit neceſſariū, neq; multū vtile,

ℭ CON: LV.

Mēs Pape neceſſario ē/ ꝙ ſi venie (qd̄ minimū ē)
vna cāpana/ vnis pompis & ceremoniis celebrāt
Euāgeliū (qd̄ maximū eſt) centū cāpanis/ centum
pōpis/ centū ceremoniis p̄dicetur.

Quia nihil in eccl'ia eſt maiore cura tractandū, q̄ ſanctum
Euāgeliū, Cū eccl'ia nihil habeat p̄cioſi⁹ & ſalubrius, Vnde &
hoc vnicū eſt opus, qd̄ diſcipulis ſuis iniūxit, tā repetitis vici-
bus. Et Paul⁹ dicit, ſe non ad baptiſandū, ſed ad euāgeliſandū
miſſum, Deniq; Chr̄us p̄cipit ſacramētū Euchariſtie non ce-
lebrari, niſi in ſuā cōmemoratione, Et Paul: i. Cor: xi. Quo-
tieſcūq; manducabitis panē hūc & calicē bibetis, mortem dn̄i